



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

282. Adjuratio, Blasphemiæ, colaphi, alapæ, sputa.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

III. Et surgens princeps sacerdotum, ait illi: Nihil respondes ad ea, quæ isti adversum te testificantur? *Matth. 26. v. 62.* Exsurgens summus sacerdos in medium, interrogavit IESUM, dicens: Non respondes quicquam ad ea, quæ tibi obijciuntur ab his? Ille autem tacebat, & nihil respondit. *Marc. 14. v. 60. & 61.*

MEDITATIO CCLXXXII.

*Adjuratio, Blasphemia, Colaphi,
Alapa, Sputa.*

Rursum summus sacerdos interrogabat eum, & dixit ei: Tu es Christus filius Dei benedicti? *Marc. 14. v. 61.* Adjuro te per Deum vivum, ut dicas nobis, si tu es Christus filius Dei. *Matth. 26. v. 63.* Dicit illi Iesus: Tu dixisti. *Matth. 26. v. 64.* Ego autem dico vobis, amodo videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cæli. *Matth. 26. v. 64.*

II. Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua, dicens: Blasphemavit. Quid adhuc egemus testibus? Ecce nunc audistis blasphemiam: Quid vobis videtur? At illi respondentes, dixerunt: Reus est mortis.

Matth.

D. N. IESV CHRISTI. 263

Matth. 26. v. 65. 66. Omnes condemnauerunt eum esse reum mortis. Marc. 14. vers. 64.

III. Et viri, qui tenebant illum, illudebant ei, cadentes. Luc. 23. v. 63. Tunc expuerunt in faciem eius, & colaphis eum ceciderunt, alij autem palmas in faciem eius dederunt. Matth. 26. v. 67. Et velauerunt eum, (faciem eius, Marc. 14. v. 65.) & percutiebant faciem eius, & interrogabant eum, dicentes: Prophetiza nobis Christe, quis est, qui te percussit? Matth. 26. v. 68. Luc. 22. v. 64. Et alia multa blasphemantes dicebant in eum. Luc. 22. v. 65.

MEDITATIO CCLXXXIII.

De prima Petri negatione.

I. SEQUEBATUR AUTEM IESUM SIMON PETRUS, & alius discipulus. Discipulus autem ille erat notus pontifici, & introiit cum Iesu in atrium pontificis. Petrus autem stabat ad ostium foris. Exiit ergo discipulus alius, qui erat notus pontifici, & dixit ostiariae, & introduxit Petrum. Ioan. 18. vers. 15. 16.

II. Accenso autem igne in medio atrij, & circumfidentibus illis (*ministris*) erat Petrus